

- Francis (reg. 2013-), m.p. *Vocare peccatores* (20 mar 2023), AAS 115 (2023) 383-393. • Latin online [here](#). Summary: Modification of twenty-three canons on penal law. Cites: CCEO 1152, 1402, 1406, 1407, 1409, 1410, 1414, 1416, 1424, 1429, 1430, Ad tuendam 1436, CCEO 1442, 1443, 1446, 1449, 1453, 1456, 1459, 1463, 1464, 1466, 1467.

<p>CCEO 1152. § 1. Omnis actio poenalis extinguitur morte rei, condonatione auctoritatis competentis et praescriptione.</p>	<p>Vocare 1152. § 1. Omnis actio poenalis extinguitur morte rei, condonatione auctoritatis competentis et praescriptione.</p>
<p>§ 2. Actio poenalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agitur:</p>	<p>§ 2. Actio poenalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agitur:</p>
<p>1º de delictis Sedi Apostolicae reservatis;</p>	<p>1º de delictis Sedi Apostolicae reservatis, quae normis specialibus subiciuntur;</p>
<p>2º de actione ob delicta, de quibus in cann. 1450 et 1453, quae praescriptione extinguitur <i>quinquenio</i>;</p>	<p>2º firma praescriptio n. 1, de actione ob delicta, de quibus in cann. 1449, 1450, 1451 et 1453 §§ 1-4 et 6-7, 1463, 1464, 1466, quae praescriptione extinguitur septennio vel de ea ob delicta de quibus in can. 1453 § 5, quae viginti annorum spatio praescribitur;</p>
<p>3º de delictis, quae non sunt iure communi punita, si iure particulari alias terminus praescriptionis statutus est.</p>	<p>3º de delictis, quae non sunt iure communi punita, si iure particulari alias terminus praescriptionis statutus est.</p>
<p>§ 3. Praescriptio decurrit ex die, quo delictum patratum est, vel, si delictum est permanens vel habituale, ex die, quo cessavit.</p>	<p>§ 3. Reo ad normam can. 1474 citato vel modo praeviso in can. 1190 § 3, certiore facto de exhibitione accusationis libelli iuxta can. 1472 § 1, praescriptio actionis poenalis suspenditur per tres annos, quo termino elapso vel interrupta suspensione cessationis processus poenalis causa, rursus currit tempus, quod adiungitur ad illud iam decursum pro praescriptione. Eadem suspensio pariter viget si, servato can. 1486 § 1 n. 1, ad poenam irrogandam per decretum extra iudicium procedatur.</p>
	<p>§ 4. Nisi aliud iure cautum sit, praescriptio decurrit ex die, quo delictum patratum est, vel, si delictum est permanens vel habituale, ex die, quo cessavit.</p>

CCEO 1402.

§ 1. Poena canonica per iudicium poenale in cann. 1468 - 1482 praescriptum irrogari debet firma potestate coercitiva iudicis in casibus iure expressis et reprobata contraria consuetudine.

§ 2. Si vero iudicio auctoritatis, de qua in § 4, graves obstant causae, ne iudicium poenale fiat, et probationes de delicto certae sunt, delictum puniri potest, servato can. 1291, per decretum extra iudicium ad normam cann. 1486 et 1487, dummodo non agatur de privatione officii, tituli, insignium aut de suspensione ultra annum, de reductione ad inferiorem gradum, de depositione vel de excommunicatione maiore.

§ 3. Hoc decretum praeter Sedem Apostolicam ferre possunt intra fines suae competentiae Patriarcha, Archiepiscopus maior, Episcopus eparchialis atque Superior maior instituti vitae consecratae, qui potestatem regiminis ordinariam habet, ceteris omnibus exclusis.

CCEO 1406. § 1. Quatenus aliquis potest pracepta imponere, eatenus potest re mature perpensa et maxima moderatione poenas determinatas per praecemptum comminari eis exceptis, quae in can. 1402 § 3 enumerantur; Patriarcha vero de consensu Synodi permanentis etiam has poenas per praecemptum comminari potest.

§ 2. Monitio cum comminatione poenarum, qua Hierarcha legem non poenalem in casibus singularibus urget, pracepto poenali aequiparatur.

Vocare 1402. § 1. **Hierarcha proceduram ad poenas irrogandas promovere debet, quando neque reprehensione, neque obsecratione, neque increpatione satis possit iustitia restituiri, reus ad poenitentiam duci et sese emendare, scandalum et damnum reparari.**

§ 2. Poena canonica per iudicium poenale in cann. 1468 - 1482 praescriptum irrogari debet firma potestate coercitiva iudicis in casibus iure expressis et reprobata contraria consuetudine.

§ 3. Si vero iudicio auctoritatis, de qua in § 4, graves obstant causae, ne iudicium poenale fiat, et probationes de delicto certae sunt, delictum puniri potest, servato can. 1291, per decretum extra iudicium ad normam cann. 1486 et 1487, dummodo non agatur de privatione officii, tituli, insignium aut de suspensione ultra annum, de reductione ad inferiorem gradum, de depositione vel de excommunicatione maiore.

§ 4. Hoc decretum praeter Sedem Apostolicam ferre possunt intra fines suae competentiae Patriarcha, Archiepiscopus maior, Episcopus eparchialis atque Superior maior instituti vitae consecratae, qui potestatem regiminis ordinariam habet, ceteris omnibus exclusis.

Vocare 1406. § 1. Quatenus aliquis potest pracepta imponere **iuxta praescripta cann. 1510 – 1520**, eatenus potest re mature perpensa et maxima moderatione poenas determinatas per praecemptum comminari eis exceptis, quae in [Vocare] 1402 § 3 enumerantur; Patriarcha vero de consensu Synodi permanentis etiam has poenas per praecemptum comminari potest.

§ 2. Monitio cum comminatione poenarum, qua Hierarcha legem non poenalem in casibus singularibus urget, pracepto poenali aequiparatur.

CCEO 1407.

§ 1. [Sicut provisus.]

§ 2. [Sicut provisus.]

§ 3. Monitio poenalis vero, de qua in can. 1406 § 2, sufficiens est, ut poena irrogari possit.

CCEO 1409. § 1. In lege poenali applicanda, etsi lex utitur verbis praceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest:

1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropria rei punitione maiora mala eventura praevidentur;

2° [Sicut provisus.]

3° [Sicut provisus.]

4° [Sicut provisus.]

§ 2. Si poena est indeterminata neque aliter lex cavet, iudex

poenas
in can. 1402 § 2 recensitas irrogare non potest.

CCEO 1410. In poenis clero irrogandis ei salva esse debent, quae ad congruam sustentationem sunt necessaria, nisi agitur de depositione, quo in casu Hierarcha curet, ut deposito, qui propter poenam vere indiget, quo meliore fieri potest modo, provideatur

salvis semper iuribus ortis circa praecaventiam et securitatem socialem necnon assistentiam sanitariam in favorem eius eiusque familiae, si coniugatus est.

Vocare. 1407.

§ 1. [Nulla mutatio.]

§ 2. [Nulla mutatio.]

§ 3. Si monitiones vel correptiones frustra alicui factae sint, Hierarcha det praceptum poenale, in quo accurate praescribat quid agendum vel vitandum sit.

§ 4. Monitio poenalis vero, de qua in [Vocare] 1406 § 2, sufficiens est, ut poena irrogari possit.

Vocare 1409. § 1. In lege poenali applicanda, etsi lex utitur verbis praceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest:

1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropria rei punitione maiora mala eventura praevidentur, **nisi necessitas urgeat scandalum reparandi;**

2° [Nulla mutatio.]

3° [Nulla mutatio.]

4° [Nulla mutatio.]

§ 2. Si poena est indeterminata neque aliter lex cavet, iudex **in poenis determinandis eas eligat quae inducto scando et damni gravitati proportionatae sint; tamen** poenas in [Vocare] § 3 recensitas irrogare non potest.

Vocare 1410. In poenis clero irrogandis ei salva esse debent, quae ad congruam sustentationem sunt necessaria, nisi agitur de depositione, quo in casu Hierarcha curet, ut deposito, qui propter poenam vere indiget, quo meliore fieri potest modo, provideatur, **exclusa vero collatione officii, ministerii vel muneris, et** salvis semper iuribus ortis circa praecaventiam et securitatem socialem necnon assistentiam sanitariam in favorem eius eiusque familiae, si coniugatus est.

CCEO 1414.

§ 1. Poenis is tantum subicitur, qui legem poenalem vel praeceptum poenale violavit aut deliberate aut ex graviter culpabili omissione debitae diligentiae aut ex graviter culpabili ignorantia legis vel praeepti.

§ 2. Posita externa legis poenalis vel praecepti poenalis violatione praesumitur eam deliberate factam esse, donec contrarium probetur; in ceteris legibus vel praeceptis id praesumitur tantummodo, si lex vel praeceptum iterum post monitionem poenalem violatur.

CCEO 1416. § 1. Si delictum a recidivo commissum est vel

vel si alia adest secundum communem praxim et doctrinam canonicam circumstantia aggravans, iudex **potest** reum gravius punire, quam lex vel praeceptum statuit, non exclusis poenis in can. 1402 § 2 recensitis.

CCEO 1424. § 1. Remissio poenae dari non potest, nisi reum delicti patrati sincere paenituit necnon de reparatione scandali et damni congrue provisum est.

§ 2. Si vero iudicio illius, cui remissio poenae competit, impletae sunt hae condiciones, remissio, quatenus natura poenae spectata fieri potest, ne denegetur.

CCEO 1429.

Vocare 1414. § 1. **Quilibet innocens censemur, donec contrarium probetur.**

§ 2. Poenis is tantum subicitur, qui legem poenalem vel praeceptum poenale violavit aut deliberate aut ex graviter culpabili omissione debitae diligentiae aut ex graviter culpabili ignorantia legis vel praeepti.

§ 3. Posita externa legis poenalis vel praecepti poenalis violatione praesumitur eam deliberate factam esse, donec contrarium probetur; in ceteris legibus vel praeceptis id praesumitur tantummodo, si lex vel praeceptum iterum post monitionem poenalem violatur.

Vocare 1416. § 1. Si delictum a recidivo commissum est vel **ab eo qui versatur in statu ebrietatis aliisve mentis perturbationis, quae sint ad delictum patrandum vel excusandum consulto quaesitae, aut ab eo qui agit ob passionem voluntarie excitatam vel nutritam** vel si alia adest secundum communem praxim et doctrinam canonicam circumstantia aggravans, iudex **debet** reum gravius punire, quam lex vel praeceptum statuit, non exclusis poenis in can. 1402 § 3 recensitis.

§ 2. In iisdem casibus, si poena constituta sit ut facultativa, fit obligatoria.

Vocare 1424. § 1. Remissio poenae dari non potest, nisi reum delicti patrati sincere paenituit necnon de reparatione scandali et damni congrue provisum est; **ad reparationem vel restitutionem, reus aliis congruis poenis urgeri potest.**

§ 2. Si vero iudicio illius, cui remissio poenae competit, impletae sunt hae condiciones, remissio, quatenus natura poenae spectata fieri potest, ne denegetur.

Vocare 1429. § 1. **Prohibitio dari potest:**

1º commorandi in certo loco vel territorio;

<p>§ 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio tantum clericos vel religiosos vel sodales societatis vitae communis ad instar religiosorum afficere potest, praescriptio vero commorandi in certo loco vel territorio nonnisi clericos eparchiae ascriptos salvo iure institutorum vitae consecratae.</p> <p>§ 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, requiritur consensus Hierarchae loci, nisi agitur vel de domo instituti vitae consecratae iuris pontificii vel patriarchalis, quo in casu requiritur consensus Superioris competentis, vel de domo clericis plurium eparchiarum paenitentibus vel emendandis destinata.</p>	<p>2º exercendi, ubique aut in certo loco vel territorio aut extra illa, omnia vel aliqua officia, munera, ministeria vel aliqua tantum opera officiis aut muneribus inhaerentia;</p> <p>3º ponendi omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;</p> <p>4º ponendi omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;</p> <p>5º exercendi aliquod ius vel privilegium aut utendi insignibus vel titulis;</p> <p>6º fruendi voce activa vel passiva in electionibus canonicis vel partem habendi cum iure ferendi suffragium in consiliis vel collegiis ecclesialibus;</p> <p>7º deferendi habitum ecclesiasticum vel religiosum.</p> <p>§ 2. Praescriptio dari potest:</p> <p>1º commorandi in certo loco vel territorio;</p> <p>2º solvendi summam pecuniae in fines Ecclesiae, iuxta rationes iure particulari determinatas.</p> <p>§ 3. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio tantum clericos vel religiosos vel sodales societatis vitae communis ad instar religiosorum afficere potest, praescriptio vero commorandi in certo loco vel territorio nonnisi clericos eparchiae ascriptos salvo iure institutorum vitae consecratae.</p> <p>§ 4. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, requiritur consensus Hierarchae loci, nisi agitur vel de domo instituti vitae consecratae iuris pontificii vel patriarchalis, quo in casu requiritur consensus Superioris competentis, vel de domo clericis plurium eparchiarum paenitentibus vel emendandis destinata.</p>
--	--

CCEO 1430. § 1. Privationes poenales afficere possunt *tantum illas* potestates, officia, ministeria, munera, iura, privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia, quae sunt sub potestate auctoritatis poenam constituentis vel Hierarchae, qui iudicium poenale promovit vel decreto eam irrogat; idem valet pro translatione poenali ad aliud officium.

§ 2. Potestatis ordinis sacri privatio dari non potest, sed tantum prohibitio omnes vel aliquos eius actus exercendi ad normam iuris communis; item dari non potest privatio graduum academicorum.

Ad tuendam 1436. § 1. Qui aliquam veritatem fide divina et catholica credendam denegat vel eam in dubium ponit aut fidem christianam ex toto repudiat et legitime monitus non resipiscit, ut haereticus aut apostata excommunicatione maiore puniatur, clericus praeterea aliis poenis puniri potest non exclusa depositione.

§ 2. Praeter hos casus, qui pertinaciter respuit doctrinam, quae a Romano Pontifice vel Collegio Episcoporum magisterium authenticum exercentibus ut definitive tenenda proponitur, vel sustinet doctrinam quae ut erronea damnata est, nec legitime monitus resipiscit, congrua poena puniatur.

Vocare 1430. § 1. Privationes poenales afficere possunt **tum omnes vel aliquas** potestates, officia, ministeria, munera, iura, privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia, **tum aliqua tantum opera officiis aut muneribus inherentia**, quae sunt sub potestate auctoritatis poenam constituentis vel Hierarchae, qui iudicium poenale promovit vel decreto eam irrogat; idem valet pro translatione poenali ad aliud officium.

§ 2. Potestatis ordinis sacri privatio dari non potest, sed tantum prohibitio omnes vel aliquos eius actus exercendi ad normam iuris communis; item dari non potest privatio graduum academicorum.

§ 3. Privatio etiam dari potest:

1º facultatis confessiones excipiendi vel praedicandi;

2º potestatis regiminis delegatae;

3º totius vel partis remunerationis ecclesiasticae, secundum ius particulare determinatae, salvo quoque praescripto can. 1410.

Vocare 1436. § 1. Qui aliquam veritatem fide divina et catholica credendam denegat vel eam in dubium ponit aut fidem christianam ex toto repudiat et legitime monitus non resipiscit, ut haereticus aut apostata excommunicatione maiore puniatur, clericus praeterea aliis poenis puniri potest non exclusa depositione.

§ 2. Praeter hos casus, qui pertinaciter respuit doctrinam, quae a Romano Pontifice vel Collegio Episcoporum magisterium authenticum exercentibus ut definitive tenenda proponitur, vel sustinet doctrinam quae ut erronea damnata est, nec legitime monitus resipiscit, congrua poena puniatur.

§ 3. Qui contra Romani Pontificis actum ad Collegium Episcoporum recurrit congrua poena puniatur.

CCEO 1442. Qui Divinam Eucharistiam abiecit aut in sacrilegum finem abduxit vel retinuit, excommunicatione maiore puniatur et, si clericus est, etiam aliis poenis non exclusa depositione.

CCEO 1443.

Qui Divinae Liturgiae vel aliorum sacramentorum celebrationem simulaverit, congrua poena puniatur, non exclusa excommunicatione maiore:

CCEO 1446. Qui proprio Hierarchae legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat et post monitionem in inobedientia persistit, ut delinquens congrua poena puniatur.

Vocare 1442. § 1. Qui Divinam Eucharistiam abiecit aut in sacrilegum finem abduxit vel retinuit, excommunicatione maiore puniatur et, si clericus est, etiam aliis poenis non exclusa depositione.

§ 2. Reus consecrationis in sacrilegum finem utriusque sacri doni vel unius in celebratione Divinae Liturgiae aut extra eam pro gravitate delicti puniatur non exclusa depositione.

Vocare 1443. § 1. Congrua poena puniatur, non exclusa excommunicatione maiore:

1° qui Divinae Liturgiae vel aliorum sacramentorum celebrationem simulaverit;

2° qui ad ordinem sacerdotalem non promotus Divinae Liturgiae celebrationem attentaverit;

3° qui, praeter casum de quo in can. 1457, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentaverit, vel sacramentalem confessionem audiverit.

§ 2. Qui deliberate sacramentum ministraverit illis qui recipere prohibentur, puniatur suspensione, cui aliae poenae addi possunt.

Vocare 1446. § 1. Qui proprio Hierarchae legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat et post monitionem in inobedientia persistit, ut delinquens congrua poena puniatur.

§ 2. Qui obligationem secreti pontificii servandi violaverit poenis, de quibus in cann. 1429 et 1430, puniatur.

§ 3. Qui non servaverit officium exsequendi sententiam exexecutivam vel decretum, quo poena irrogatur, congrua poena puniatur, non exclusa excommunicatione minore et suspensione.

	<p>§ 4. Qui communicare neglexerit notitiam de delicto, cum ad id exsequendum iure canonico teneatur, puniatur ad normam cann. 1429 et 1430, adiunctis quoque aliis poenis pro delicti gravitate.</p> <p>§ 5. Clericus qui ministeria sacra voluntarie et illegitime relinquerit, per sex menses continuos, cum animo sese subducendi a competenti Ecclesiae auctoritate, pro delicti gravitate, suspensione vel etiam poenis in cann. 1429 et 1430, statutis puniatur, et in casibus gravioribus depositione.</p>
CCEO 1449.	<p>Vocare 1449. § 1. Poenis, de quibus in cann. 1429 et 1430, puniatur, firma damnum reparandi obligatione:</p> <p>1º qui bona ecclesiastica subtrahit vel impedit ne eorundem fructus percipiantur;</p> <p>2º qui sine praescripta consultatione, consensu vel licentia aut sine alio requisito iure ad validitatem vel ad liceitatem imposito bona ecclesiastica alienat vel in ea actus administrationis exequitur;</p> <p>3º qui quaestum illegitime facit ex oblationibus, de quibus in can. 715, pro celebratione Divinae Liturgiae vel pro Liturgia Praesanctificatorum vel pro commemorationibus in Divina Liturgia.</p> <p>§ 2. Congrua poena puniatur, non exclusa officii privatione, firma damnum reparandi obligatione:</p> <p>1º qui ex sua graviter culpabili omissione debitae diligentiae vel ex graviter culpabili ignorantia legis vel praecepti, delictum de quo in § 1 n. 2 committit;</p> <p>2º qui aliter graviter neglegens in bonis ecclesiasticis administrandis repertus fuerit.</p>
CCEO 1453. § 1. Clericus concubinarius vel aliter in peccato externo contra castitatem cum scandalo permanens suspensione puniatur, cui persistente delicto aliae poenae gradatim addi possunt usque ad depositionem.	<p>Vocare 1453. § 1. Clericus concubinarius vel aliter in peccato externo contra castitatem cum scandalo permanens suspensione puniatur, cui persistente delicto aliae poenae gradatim addi possunt usque ad depositionem.</p>

§ 2. Clericus, qui prohibitum matrimonium attentavit, deponatur.

§ 2. Clericus, qui prohibitum matrimonium attentavit, deponatur.

§ 3. Clericus qui aliter contra castitatem deliquerit, si quidem delictum publice patratum sit, congruis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, depositione.

§ 4. Eadem poena, de qua in § 3, puniatur clericus qui vi, minis vel abusu suaे auctoritatis delictum committit contra castitatem aut aliquem cogit ad actus sexuales exsequendos vel subeundos.

§ 5. Privatione officii et aliis congruis poenis, non exclusa depositone, si casus id secumferat, puniatur clericus:

1º qui delictum committit contra castitatem cum minore vel cum persona quae habitualiter usu rationis caret vel cui ius parem tutelam agnoscit;

2º qui sibi devincit aut inducit minorem aut personam quae habitualiter usu rationis caret aut eam cui ius parem tutelam agnoscit, ut pornographicē sese ostendat vel exhibitiones pornographicas, sive veras sive simulatas, participet;

3º qui contra bonos mores sibi comparat, detinet, exhibet vel divulget, quovis modo et quolibet instrumento, imagines pornographicas minorum vel personarum quae habitualiter usum rationis carent.

§ 6. Religiosus, qui votum publicum perpetuum astitatis emisit et non est in ordine sacro constitutus, delicta, **de quibus in §§ 1 et 2, committens congrua poena puniatur.**

§ 6. Religiosus, qui votum publicum perpetuum castitatis emisit et non est in ordine sacro constitutus, *haec delicta*

committens congrua poena puniatur.

§ 7. Religiosus vel sodalis societatis vitae communis ad instar religiosorum et laicus quilibet aliqua dignitate gaudens aut officio vel munere in Ecclesia fungens, si delictum committat, de quo in §§ 3-5, congrua poena pro delicti gravitate puniatur.

CCEO 1456. § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violavit, excommunicatione maiore puniatur firmo can. 728 § 1 n. 1; si vero alio modo hoc sigillum fregit, congrua poena puniatur.

§ 2.
Qui notitias ex confessione habere quoquo modo conatus est *vel illas iam habitas aliis transmit*, excommunicatione minore aut suspensione puniatur.

CCEO 1459.

§ 1. [Sicut provisus.]

§ 2. [Sicut provisus.]

CCEO 1453. Qui quidvis donavit vel pollicitus est, ut aliquis officium, ministerium vel aliud munus in Ecclesia exercens illegitime aliquid ageret vel omitteret, congrua poena puniatur; item, qui ea dona vel pollicitationes acceptavit.

Vocare 1456. § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violavit, excommunicatione maiore puniatur firmo can. 728 § 1 n. 1; si vero alio modo hoc sigillum fregit, congrua poena puniatur.

§ 2. **Interpres aliique, de quibus in can. 733 § 2, qui secretum violaverunt, et item qui notitias ex confessione habere quoquo modo conatus est, congrua poena puniantur, non exclusa** excommunicatione minore aut suspensione.

§ 3. Firmis praescriptis §§ 1 et 2, quicumque quovis technico instrumento captavit aut malitiouse in communicationis socialis mediis vel aliquo alio modo evulgavit quae in sacramentali confessione, vera vel ficta, a confessario vel a paenitente dicuntur, pro gravitate delicti puniatur, non exclusa, si de clero agatur, depositione.

Vocare 1459.

§ 1. [Nulla mutatio.]

§ 2. [Nulla mutatio.]

§ 3. Tum qui sacramentalem ordinationem mulieri ministrare attentaverit, tum mulier quae sacram ordinationem recipere attentaverit, excommunicatione maiore Sedi Apostolicae reservata puniantur; clericus praeterea depositione puniri potest.

§ 4. Qui ad sacram ordinationem accesserit innodatus poena excommunicationis maioris vel minoris vel impedimento, voluntarie reticita, praeter id quod statuitur in can. 763 n. 1, a recepto ordine sacro suspendatur.

Vocare 1453. § 1. Qui quidvis donavit vel pollicitus est, ut aliquis officium, ministerium vel aliud munus in Ecclesia exercens illegitime aliquid ageret vel omitteret, congrua poena puniatur; item, qui ea dona vel pollicitationes acceptavit. **Firma manet in utroque casu damnum reparandi obligatio.**

	<p>§ 2. Qui in officio, ministerio vel munere exercendo stipem ultra definitam aut summas adiunctivas aut aliquid in sui utilitatem requisiverit, congruenti poena pecuniaria vel aliis poenis, non exclusa officii privatione, puniatur, firma damnum reparandi obligatione.</p>
CCEO 1464. § 1. Qui praeter casus iure iam praevisos potestate, officio, ministerio vel alio munere in Ecclesia per actum vel omissionem abusus est, congrua poena puniatur non exclusa eorundem privatione, nisi in hunc abusum alia poena est lege vel praecepto statuta.	Vocare 1464. § 1. Qui praeter casus iure iam praevisos potestate, officio, ministerio vel alio munere in Ecclesia per actum vel omissionem abusus est, congrua poena puniatur non exclusa eorundem privatione, nisi in hunc abusum alia poena est lege vel praecepto statuta, firma damnum reparandi obligatione .
§ 2. Qui vero ex culpabili neglegentia actum potestatis, officii, ministerii vel alterius muneris in Ecclesia illegitime cum damno alieno posuit vel omisit, congrua poena puniatur.	§ 2. Qui vero ex culpabili neglegentia actum potestatis, officii, ministerii vel alterius muneris in Ecclesia illegitime cum damno alieno posuit vel omisit, congrua poena puniatur, firma damnum reparandi obligatione .
CCEO 1466. Clericus, religiosus vel sodalis societatis vitae communis ad instar religiosorum negotiationem aut mercaturam contra canonum praescripta exercens congrua poena puniatur.	Vocare 1466. § 1. Clericus, religiosus vel sodalis societatis vitae communis ad instar religiosorum negotiationem aut mercaturam contra canonum praescripta exercens congrua poena puniatur.
CCEO 1467. Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, <i>graviore poena puniri potest</i> .	§ 2. Clericus, religiosus vel sodalis societatis vitae communis ad instar religiosorum qui, praeter casus iure iam praevisos, in re oeconomica delictum committit, vel graviter violat praescriptiones, quae in can. 385 § 3, recensentur, congrua poena puniatur, firma damnum reparandi obligatione .
	Vocare 1467. Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, aliis poenis additis puniatur .